

bandis, ac de ipsorum Ordinariorum licentia, unam Missam pro unoquoque die per semetipfos celebrare, sive per quemcumque Sacerdotem ab ordinario approbatum Sacularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem sine tamen quorumcumque iurium Parochialium prejudicio, ac Paschalis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis in sua, ac consanguineorum, & affinium secum insimul in eadem Domo habitantium, familiarumque, etiam in hospitum nobilium suorum presentia etiam per horam tantum ante Auroram, & item per horam post Meridiem celebrari facere libere, & licite possint, & valeant, ac quilibet eorum possit, & valeat, itaut nec ipsi, nec Sacerdoti taliter celebranti id ad culpam valeat quomodolibet imputari, auctoritate Apostolica tenore presentium in perpetuum concedimus, & indulgemus.

Derogatio contrariis.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod familiares servitii suis tempore dictae Missae actu non necessarii ibidem Missae hujusmodi interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de precepto minime liberi censeantur, quemadmodum etiam, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 22. Martii 1738. An.VIII.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Martii 1738. Pontificatus Nostri Anno VIII.

CCXXIV.

Confirmatio, & Innovatio literarum Eugenii IV. circa transitus Monachorum Ordinis Cisterciensis Congregationis Portugalliae ad alios Ordines.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Eugenius IV. sub certis penis Ordinis hujus Religiosis transumptum ad quemcumque alium Ordinem preter Carthusiensem interdictum.

§.1. Emanarunt dudum a se. re. Eugenio Papa IV. Praedecessore nostro quaedam litterae sub plumbo tenoris sequentis videlicet. Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Regularem vitam professis sic decet omnem vagandi materiam, omnemque inquietitudinis causam amputare, quod in eorum vocatione persistant, ac sedulum, & devotum Altissimo exhibeant famulatum. Sane pro parte dilectorum filiorum Patris Abbatum Monasterii Cisterciensis Cabilonen Diocesis. & aliorum Cisterciensis Ordinis Abbatum exhibita nobis nuper petitio continebat, quod nonnulli Monachi dicti Ordinis alii videlicet melioris frugis ficto colore, alii vero, ut jugum obedientiae, & saluta-

ris medicinae effugiant disciplinam ad alios Regulares Ordines se divertunt, & ut in illis remanere libere possint, licentiam Apostolicae Sedis in exquisitis coloribus fatagunt obtinere. Nos igitur, quorum interest animarum providere salutem, & hujusmodi salubre remedium adhibere, eorundem Patris, & Abbatum supplicationibus inclinati, harum serie decernimus, & etiam ordinamus, quod nullus Ordinis praedicti professus ad alium quemcumque praeterquam Carthusiensem Ordinem etiam praetextu literarum Majoris Penitentiarum nostri, etiam in illis plena, & expressa de presentibus mentio habeatur, absque eisdem Patris Abbatis licentia speciali causam rationabilem, & urgentem, quare licentia hujusmodi concedi debeat, Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus expresse, & specificè allegantis, audeat, seu praesumat quomodolibet se transferre.

Decernentes nihilominus contrafacientes eisdem correctioni sui Abbatis, & dicti Ordinis omnino subesse, eosque transeuntes, & Abbates eorum ipsis ad alium praeterquam dictum Ordinem Carthusiensem transendi licentiam concedentes, ipso facto excommunicationis sententiae subiacere. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, ac indultis quavis auctoritate concessis, vel concedendis, quae quoad hoc nullius decernimus existere firmitatis, & contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae voluntatis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Florentiae Anno Incarnationis Dominicae MCCCCXXXIX. Decimo sexto Kalendas Martii Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Eugenii Litterae confirmantur a Clemente.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis Congregationis Portugalliae ejusdem Ordinis Cisterciensis. Nobis nuper exposuit, quo litterae praedictae usque adhuc observatae deinceps, non obstante quocumque abusu, qui nuper in regularis disciplinae detrimentum prodire cepit, suum fortiantur effectum; confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum modernum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praesertim memorati Eugenii Praedecessoris litteras, cum omnibus, & singulis in eis

CIC XXV.

Decretum ut novae Aedes ad Conventum B. M. V. de Nive de Palazzola Ordinis Fratrum Minorum de Observantia constructae nulli alio usui applicari possint, nisi ad Hospitium Benefactorum ejusdem Ordinis.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Maria Fonseca ab Eborae Ex-generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ipse ex pecuniis per suos Religiosos industrios labores, ac per elemosynas a piorum Christianissimorum largitione sibi impetitas insimul ad summam fere octoginta millium scutorum monetae Romanae ascendentes Conventum Beatae Mariae Virginis de Nive de Palazzola nuncupatum Provinciae Romanae ejusdem Ordinis paulo ante refici, in eoque intra claustra, & in illius planis inferioribus, & extra illud nonnullas aedes, seu mansiones constructi curaverit, quibus ipse Josephus Maria de presenti ad sui usum, & commoditatem potitur, ut autem Ecclesia praefati Conventus, & praemissa, quae absolvenda sunt ad perfectionem perducere valeat, usum, & commodum dictarum aedium, seu Mansionum ad sui vitam a Nobis concedi plurimum desideret.

Causae hujus Declarationis; scilicet novae Constructio Conventus, & annullatum Aedium ei annexarum.

§.2. Nos ipsum Josephum Mariam specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Josepho Mariae, ut ipse quoad vixerit, & in quocumque statu, & gradu tam intra, quam extra Ordinem praedictum semper, & quocumque extiterit, usum, & commodum dictarum aedium, seu mansionum per eum tam in supra dicto Conventu, quam extra illum constructarum cum omnibus, & singulis suis membris, annexis, & connexis auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus. Praeterea, ne post ejusdem Josephi Mariae obitum aedes, seu mansiones per ipsum, sicut praemittitur extra supra dictum Conventum edificatae una cum suis membris, & annexis presentis habitationi dicti Ordinis benefactorum aliarumque personarum inibi pro tempore adventantium occasione eorum transitus, Hospitio tantum excipiendorum, & non alteri cuicumque usui destinari, ac infervire debeant, nec ullus Conventus, & Ordinis praefatorum Superior, aut Religiosus, vel quisquam quavis auctoritate, vel Superioritate, aut Officio fungens in eisdem

Reservato Constructori aedium usui ad sui vitam statuitur, ut in eis in posterum familiae nullo modo pernoctare possint, sed Benefactorum Hospitio destinatae debeant d. Aedes infervire.

Qui se ubique praecipit servari.

Quibuscumque non obstantibus.

Transumptis sine danda.

Dat. die 27. Martii 1738. An.VIII.

respective contentis, & expressis quoad Monachos dicti Ordinis Cisterciensis Congregationis Portugalliae, auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque in violabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus, & quatenus opus sit ad Monachos Congregationis Portugalliae Ordinis Cisterciensis hujusmodi, dicta auctoritate extendimus, & ampliamus, & de novo ne moderni, & pro tempore existentes Monachi Congregationis praefatae ad quemcumque alium Ordinem, seu Congregationem, vel Institutum, a Sede Apostolica approbatum, praeterquam ad illum Carthusianorum etiam praetextu literarum ab Officio Penitentiarum Apostolicae sibi concessarum licet in illis plena, & expressa de eisdem literis mentio habeatur, absque Abbatis Generalis dictae Congregationis licentia se transferri possint, sub eadem excommunicationis poena, auctoritate, & tenore praedictis interdicimus, & prohibemus.

§.3. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae idem Eugenius Praedecessor in suis literis praefatis voluit non obstare, ac quatenus opus sit dictae Congregationis etiam jumento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici, vel Abbatis generalis dictae Congregationis subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae aut supra dicti Abbatis, vel Congregationis praedictae Secretarii generalis munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio quam extra habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 27. Martii 1738. Pont. Nostri Anno Octavo.

dem adibus, seu mansionibus (præterquam ea de causa) etiam pretextu Rusticationis degere, vel quovis alio modo habitare possit, minusque mulieres; & femine sexu personæ cujuscumque status, gradus, & conditionis existant in adibus, & mansionibus præfatis pernoctare valeant, aut ut ibi pernoctent permittere audeat, seu presumat, sub excommunicationis lætæ sententiæ Sedi Apostolicæ reservatæ, a qua nemo nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium obtinere queat, & quoad Regulares etiam privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendis auctoritate, & tenore prædictis interdicens, & prohibemus.

Contraria tolluntur.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Conventus, & Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Present Breve in eis assignandum.

§. 4. Volumus autem ut secuto ejusdem Josephi Mariæ obitu presentis prohibitionis exemplum in valvis dicti Conventus, seu quodiam, vel mansionum prædictarum, aut in aliquo alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, & legi possit, affixum continuo remaneat.

Dat. die 9. Aprilis 1738. An.VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Aprilis 1738. Pont. nostri Anno Octavo.

CCXXVI.

Prohibitio, ne Confessarii absolvere possint Ministros S. Officii Inquisitionis revelantes, & publicantes illius acta, tractata, & gesta in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sub pœnâ excommunicationis interdici a Pœnitentiæ Officialibus Inquisitionis in Portugalliâ gesta illa ejusdem Tribunalis cuiquam apertice.

§. 1. CUM nos alias per quasdam nostras desuper in simili forma Brevis expeditas literas supplicationibus dilecti filii nostri Nuni Presbyteri S. R. E. Cardinalis de Cunha nuncupati in Portugalliâ, & Algarbiorum Regnis, & Dominiis ab eis dependentibus Charissimo in Christo filio nostro Joanni eorumdem Regnorum Regi Illustri mediate, vel immediate subjectis Inquisitoris Generalis, Officii Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica instituti humiliter porticus inclinati, omnibus, & singulis Officii

Inquisitionis hujusmodi in memoratis Regnis, & Dominiis, sive minoribus Inquisitoribus, sive Consiliariis, Procuratoribus, Tabellionibus, sive Ministris, & Officialibus, aliisque quibuscumque personis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, etiam si quavis præfulgeant dignitate, qui de cetero perpetuis futuris temporibus in tractatis, gestis, statutis, & ordinationibus quomodocumque ad prædictum Inquisitionis Officium spectantibus interfuerint, ne quibusvis personis tractata, gesta, statuta, & Ordinationes hujusmodi tacite, vel expresse per se, vel alium, seu alios publicare, vel revelare auderent, seu presumerent sub excommunicationis lætæ sententiæ, a qua nemo absolutionis beneficium nisi a Nobis, seu Successoribus nostris præterquam in mortis articulo constitutus obtinere valeat, aliisque per contraventores ipso facto absque alia declaratione incurrendis pœnis d. stricte auctoritate Apostolica inhibuerimus, ac præceperimus, & mandaverimus, ac alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 23. Julii anni proximi præteriti expeditis literis, quarum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, plenius continetur.

Per Generalem Inquisitorem dubitatur, quominus hac in re delinquentes absolutionem obtineant vigore Bullæ Cruciatæ.

§. 2. Cum autem, sicut dictus Nunnus Cardinalis, & Inquisitor generalis nobis nuper exposuit, ipse literas prædictas adhuc publicare, seu publicari facere prætermiserit, considerans, quod si Ministri, alique Officiales supradicti tractata, gesta, aliaque ad dictum Inquisitionis Officium spectantia publicaverint, seu revelaverint, excommunicationis per eos ea de causa incurse absolutionem a quocumque Confessario tam Sæculari, quam cujusvis Ordinis regulari in vim facultatis per Bullam Cruciatæ ab Apostolica Sede in eisdem Regnis concessæ illis, ut præfertur, attributæ reportare, & si concedere respectivè possint, cupiatque propterea dictus Nunnus Cardinalis, & Inquisitor generalis, ne tractata, & gesta, aliaque præmissa ab eisdem ministris, & Officialibus in posterum magno cum Catholicæ Orthodoxæque fidei detrimento sub spe reportandi ex eorum criminibus absolutionem a dictis Confessariis vigore Indulti Bullæ Cruciatæ hujusmodi revelentur, & publicentur, omnes difficultates, quæ circa excommunicationis pœnam per nos comminatam exoriri possent, auferri.

Hoc idem est vet Pontificatus ne fiat.

§. 3. Nos piis ejusdem Nuni Cardinalis, & Inquisitoris generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis modernis, & pro tempore existentibus in eisdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, & ab eis dependentibus Dominiis prædicto Joanni Regi mediate, vel immediate subjectis Confessariis tam Sæcularibus, quam cujusvis Ordinis, vel Congregationis, aut Instituti Regularibus, quocumque privilegio, seu Indulto eis ab hac Sancta Sede concessis, seu præcepto, absolutionem

tionem impertiendi a casibus reservatis suffultis, ne ipsi Ministros, & Officiales quocumque ejusdem Inquisitionis Officii cujusvis status, gradus, & conditionis, vel auctoritatis existant, qui tractata, gesta, aliaque similia, & in eisdem nostris literis, sicut præmittitur, expressa ad dictum Inquisitionis officium spectantia, & pertinentia publicaverint, seu revelaverint quocumque modo, eaque de causa pœnam excommunicationis lætæ sententiæ hujusmodi per Nos inflictam incurrerint, ab excommunicationis hujusmodi pœna per eos sic incurra, ullo unquam tempore, etiam pretextu Indulti, seu facultatis in Bullam Cruciatæ prædictæ comprehensæ, & sibi, ut præfertur, attributæ absolvere possint, & valeant, perpetuo auctoritate Apostolica, servata in reliquis prædictarum nostrarum literarum forma, & dispositione tenore presentium interdicens, & prohibemus, & quatenus Confessarii præfati prædictam absolutionem illis impertiri præsumperint, ipso facto absque alia declaratione sub eadem excommunicationis pœna Nobis, seu Successoribus nostris prædictis reservatæ comprehensæ censentur, eisdemque Confessariis omnem facultatem, & auctoritatem vigore Indulti Bullæ Cruciatæ hujusmodi eis, ut præmittitur, attributam absolventi supradictos Ministros, & Officiales tractata, & acta prædicta revelantes, & publicantes, auctoritate, & tenore prædictis per præfatos revocamus, & annullamus, ac revocatam, & annullatam esse volumus, & declaramus.

Derogat obstantibus.

§. 4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in dictis nostris literis volumus non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 10. Aprilis 1738. An.VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Aprilis 1738. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCXXVIII.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium per quod declaratur, quod Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod eum juxta præscriptum Constitutionum ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica in forma specifica confirmatarum, dilecti quoque filii Magister Generalis, seu ejus Vicegerens, nec non omnes Exgenerales,

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

A Procuratore Gen. Ordinis proposita Congregationi Episcoporum, & Regularium instantia, ut ad formam Ordinum Medicamentum Magister Generalis legitime electus confirmatio nem ab Ap. Sede petere non teneatur.

§. 1. NUPER pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod eum juxta præscriptum Constitutionum ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica in forma specifica confirmatarum, dilecti quoque filii Magister Generalis, seu ejus Vicegerens, nec non omnes Exgenerales,

cunctique Vicarii Provinciales, aut eorum Vicarii, ac Prior Conventus Barchinonensis, & idem Procurator Generalis pro tempore existentes, ac insuper ex unaquaque dicti Ordinis Provincia quatuor Vocales ad Domum designatam pro Capituli generalis celebratione accedere, & inibi interesse tenerentur, & prædicti omnes voto, & suffragio in electione Magistri Generalis ejusdem Ordinis gauderent, secuta vero rite, & Canonice electione hujusmodi de consensu Magistri Generalis electi, & Capituli, Procurator, vel Procuratores, qui electionem hujusmodi pro illius approbatione, & confirmatione obtinenda huic S. Sedi exhibeant, constituerentur, & in eadem expositione subjuncto, quod cum ex Sedis prædictæ benignitate sere omnibus Ordinibus Regularibus, & præsertim Mendicantibus inter quos ex ejusdem Sedis gratia Ordo B. Mariæ Virginis de Mercede hujusmodi numeratur, indultum fuerit, ut eorumdem Ordinum Generales canonice electi ipso facto confirmati intelligerentur, nec ulteriori confirmatione indigerent, dictus Procurator Generalis tam suo, quam totius memorati Ordinis nomine cupiebat, quatenus prædictum privilegium tot Religiosis familiis concessum etiam dicto suo Ordini concedere dignamur.

Congregatio censuit annuendum.

§. 2. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam SS. Dñs noster supplicem libellum remisit, referente Emo Dño Cardinali Belluga Ponente censuit, si eidem SS. Dño nostro placuerit Oratoris precibus indulgeri posse pro gratia ad formam aliarum Religionum. Romæ 14. Martii 1738.

Decretum præfate Congregationis Ap. auctoritate roboratur.

Ex audientia SS. Ni habita ab infrascripto Dño Secretario sub die 29. ejusdem mensis Martii 1738. Sanctitas sua benigne annuit juxta votum Sacræ Congregationis Romæ &c. F. Cardin. Barberinus. C. Archiepiscopus Damiatæ Secretarius.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Procurator Generalis nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrociniocommuniri summopere desideret; nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porticus inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illicque inviolabilis Apostolicæ firmitatis ro-

Clauful.

bur adidicimus, salva tamen semper in-
præmissis auctoritate memorata Congre-
gationis Cardinalium.

§.4. Decernentes easdem præsentis li-
teras firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros ef-
fectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos
spectat, & pro tempore spectabit plenissi-
me suffragari, sicque in præmissis per quos-
cumque Iudices Ordinarios, & delegatos
etiam Causarum Palatii Apostolici Audi-
tores, iudicari, & definiti debere, ac ir-
ritum, & inane, si fecus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari.

Delegatio
contrariorum

§.5. Non obstantibus Constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, necnon dicti
Ordinis etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis, statutis, & consuetudinibus, pri-
vilegiis quoque, indultis, & literis, Aposto-
licis in contrarium præmissorum quomo-
dolibet concessis, confirmatis, & innova-
tis. Quibus omnibus, & singulis illorum
tenores, præsentibus pro plene, & suffi-
cienter expressis, ac de verbo ad verbum
insertis, illis alias in suo robore perman-
suris ad præmissorum effectum hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 17.
Aprilis 1738.
An.VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Ma-
jorem sub Annulo Piscatoris die 15. Apri-
lis 1738. Pont. nostri Anno VIII.

CCXXVIII.

Ampliatio literarum Pauli III. ad favorem
Presbyterorum Confessariorum per Custodes,
& Confratres deputatorum Con-
fraternitatis Hospitalis B. Mariæ de Gra-
tia, Consolatione, & Porticu nuncupat.
Almæ Urbis concessarum ad quoscumque
Presbyteros, qui audiendarum Confes-
sionum causa ad Archihospitale S. Spiri-
tus in Saxia solent accedere.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Clemens XI.
facultates a
Paulo III. con-
cessas Con-
fessariis Ho-
spitalis B. M.
de Consola-
tione refor-
mat, easque
sic reforma-
tas ad Con-
fessarios alio-
rum Hospi-
talium Urbis
extendit.

§.1. **A**lias fel. recor. Clementi Papæ XI.
Prædecessori nostro pro parte bo-
me. Fabritii, dum vixit Episcopi Licien-
& Congregationis Ven. Fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filio-
rum Romanæ Curie Prælatorum super ne-
gotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum,
& locorum piorum Almæ Urbis nostræ in-
stitutæ deputatorum Pro-Secretarii expo-
sito, quod dudum se. rec. Paulus PP. III.
etiam Prædecessor noster Presbytero, &
Presbyteris per Custodes, & Confratres
Confraternitatis Hospitalis B. Mariæ de
Gratia, Consolatione, & Porticu nuncu-
pat. prædictæ Urbis pro tempore existentes
deputatis, & deputandis, etiam Presby-
teri Sæculares, vel cuiusvis Ordinis etiam
mendicantium Regulares fuissent, omnium,
& singulorum utriusque sexus Christifide-
lium personarum tunc, & pro tempore ad
dictum Hospitale pro Sanitate recuperan-

da confluentium, cuiuscumque qualitas
etiam divites, & etiam Clerici Regu-
lares, vel cuiusvis Ordinis etiam Mendi-
cantium Regulares fuissent, Confessiones
quotiescumque confiteri voluissent, audi-
endi, & illis auditis, eos ab omnibus,
& singulis excommunicationis, suspensio-
nis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & pœnis quomodolibet
latis, & votorum quorumcumque,
Juramentorum, & Ecclesiæ mandatorum
transgressionibus, jejuniorum, poenitentia-
rum injunctarum, ac Divinorum Officio-
rum omissionibus, manuum violentarum
in quavis personis injectionibus, ac per-
juriorum, & homicidii mentalis, vel Casu-
alis, necnon Adulterii, incestus, stupri,
fornicationis, ac Sacrilegii reatibus, om-
nibusque aliis, & singuliseorum peccatis,
criminibus, excessibus, & delictis quan-
tumcumque gravibus, & enormibus, etiam
Sedi Apostolicæ reservatis, de quibus corde
contriti, & ore confessi fuissent, etiam si
alia fuissent, propter quæ merito Sedes
Apostolica esset consulenda, absolvendi, &
pro commissis Poenitentiam salutarem in-
jungendi, necnon vota quæcumque, ultra-
marino, Visitationis limum Apostolorum
Petri, & Pauli, S. Jacobi in Compos-
tella, necnon Religionis, & Castitatis votis
dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera
commutandi, juramenta quæcumque relaxandi,
ipsisque Infirmis Ecclesiasticæ
Sacramenta prout eatenus fecerant, mini-
strandi, ac eis in articulo mortis plenariam
omnium peccatorum suorum Indulgentiam,
& remissionem, etiam mors
non subsequeretur, & quoties mors immi-
neret, vel in dicto mortis articulo consti-
tuti viderentur, impendendi licentiam, &
facultatem sub certis modo, & forma tunc
expressis auctoritate Apostolica concesserat,
& elargitus fuerat, & in eadem expo-
sitione subjuncto, quod facultates a memo-
rato Paulo Prædecessore per literas supradictas
dicti Hospitalis Confessariis concessas,
ut præfertur, etiam ad aliorum
eiusdem Urbis Hospitalium Confessarios
extendi plurimum desiderabat, idem.
Clemens Prædecessor ipsius Fabritii Episcopi
Votis hac in re favorabiliter annuere
volens, supplicationibus ejusdem Fabritii
Episcopi nomine sibi super hoc humiliter
porrectis inclinatus, præfatas Pauli Præ-
decessoris literas pro dicto Hospitali Con-
solationis, sicut præmittitur, datas, au-
thoritate Apostolica reformavit, & declara-
vit, itaut facultas in eis concessa intel-
ligeretur pro foro conscientie tantum, ex-
ceptis casibus in Bulla Cœnæ Domini, nec
non publicæ Violationis Clausuræ Monia-
lium ad malum finem, Presbyteridii publi-
ci, ac casus publici violatæ Immunitatis
Ecclesiasticæ, imo etiam occulti in terminis
Constitutionis piæ me: Gregorii XIV. pa-
riter Prædecessoris nostri, quæ incipit:
Cum alias novellis, etiam si ejusmodi
violatio auctoritate publica secuta fuerit,
ac citra ullam facultatem dispensandi super
irregularitate, Indultumque hujusmodi sic
refor-

Præceptor
Archihospita-
lis S. Spiritus
PP. supplicat,
ut eadem fa-
cultates ex-
tendantur quo-
que ad Pres-
byteros quos-
cumque, qui
Confessionum
audiendarum
causa ad Ar-
chihospitale
solent accer-
dere.

Annus Pon-
tificæ conce-
dendo facul-
tates in Lite-
ris Pauli III.
comprehens-
at.

reformatum, & declaratum, etiam aliis
prædictæ Urbis Hospitalibus concessit, &
alias prout in Pauli, & Clementis Præ-
decessorum prædictorum literis desuper in si-
mili forma Brevis diebus 13. Junii 1654.
& 11. Januarii 1714. expeditis, quarum
tenores, præsentibus pro expressis, & in-
sertis haberi volumus, uberius continetur.

§.2. Cum autem, sicut eadem expo-
sitione subjungebatur Ven. frater Antonius Ma-
ria Archiepiscopus Naupacten, memorata
Congregationis Pro Secretarius, ac Ar-
chihospitalis Sancti Spiritus in Saxia de ead-
dem Urbe Præceptor nobis nuper exponi
fecit, ipse acceperit Fratres cuiuscumque
Ordinis, & Congregationis de Urbe præ-
fata, qui quotidie juxta Ordinem a dile-
cto filio nostro Joanne Antonio S. R. E.
Cardinale Guadagni nuncupato in dicta
Urbe Vicario in Spiritualibus Generali
prescriptum ad Archihospitalia, & Hospi-
talia præfata accedere debent, alique
Presbyteri Sæculares, qui devotionis causa
ibidem pro ejusdem pietatis opere exercen-
do sese conferre solent dicta facultate, &
licentia absolvendi Infirmos in eisdem Ar-
chihospitalibus, & Hospitalibus exceptos
a cubus reservatis prædictis minime gau-
dere, cum facultatem prædictam per Cus-
todem Prædecessorem ad omnia Ar-
chihospitalia, & Hospitalia hujusmodi ex-
tensam Confessariis Ordinariis per Custodes,
seu Administratores Hospitalium,
prædictorum deputatis concessam esse vi-
deatur; Ipse vero Antonius Maria Pro-Sec-
retarius, & Præceptor, ut animarum In-
firmorum ad prædicta Archihospitalia, &
Hospitalia accedentium saluti, & conscientie
quieti, quantum fieri potest, opportune
consulatur, licentiam, & facultatem a
memorato Paulo Prædecessore Confessariis
Hospitalis de gratia, & consolatione hujus-
modi concessam, ut præfertur, ad omnes
Confessarios ordinarios aliorum Archihos-
pitalium, & Hospitalium de eadem Urbe,
necnon Presbyteros Sæculares, & Regula-
res ad illa supra expressis de causis acceden-
tes per nos extendi, & ampliari plurimum
desideret. Nobis propterea humiliter
supplicari fecit, ut in præmissis oppor-
tune providere, & ut infra, indulgere, de
benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipsius Antonii Mariæ
Pro-Secretarii, & Præceptoris votis hac in
re quantum cum Domino possumus favora-
biliter annuere volentes, & a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & inter-
dicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-
suris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet innodatus existit, ad effe-
ctum præsentium dumtaxat consequendum
harum serie absolventes, & absolutum fore
censentes, hujusmodi supplicationibus
inclinati, memoratas Pauli Prædecessoris
literas ad favorem Presbyterorum Confes-
sariorum per Custodes ejusdem Hospitalis
de gratia, & consolatione deputandorum,
ut præfertur cum omnibus, & singulis fa-
cultatibus absolvendi a quibusvis cubus, &
Bull. Rom. Tom. XIV.

excessibus Sedi Apostolica reservatis in eisdem
literis comprehensis, & expressis editas
non obstant. illarum reformatione, &
declaratione a memorato Clemente Præ-
decessore factis, ad omnes, & singulos
Confessarios quorumcumque, & singulo-
rum Archihospitalium, & Hospitalium in
eadem Urbe existentium necnon Presby-
teros Sæculares, & cuiusvis Ordinis, vel
Congregationis, aut Instituti a Sede Apo-
stolica approbati Regulares ad Sacramen-
tales Christifidelium Confessiones excipien-
das approbatos, qui ad illa tam juxta Or-
dinem a memorato Joanne Antonio Cardinale,
& Vicario statutum, quam devo-
tionis causa sese conferunt auctoritate præ-
dicta extendimus, & ampliamus; eisdem
Confessariis Archihospitalium, & Hospi-
taliū prædictorum deputatis, & pro tempore
deputandis, necnon aliis Presbyteris
tam Sæcularibus, quam Regularibus præ-
dictis eisdem de causis ad Archihospitalia,
& Hospitalia prædicta accedentibus, ut
omnium, & singulorum utriusque sexus
Christifidelium Infirmorum nunc, & pro
tempore in eisdem Archihospitalibus, &
Hospitalibus, ac etiam Puellarum in Con-
servatorio Archihospitali, Sancti Spiritus
prædicto annexo, & in Infirmaria dicti
Conservatorii existentium Sacramentales
Confessiones excipere, illosque, & illas a
quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
censuris, & pœnis quomodolibet latis,
ac aliis casibus reservatis, & in supra-
dictis Pauli Prædecessoris literis expressis
in foro conscientie tantum absolvendi, &
pro commissis poenitentiam salutarem in-
jungendi, dictisque Infirmis Ecclesiasticæ
Sacramenta ministrandi, & in articulo
mortis plenariam omnium peccatorum
suorum Indulgentiam, & remissionem im-
pendendi, licentiam, & facultatem, ser-
vata tamen memoratarum Pauli Prædecessoris
literarum forma, & dispositione, au-
thoritate, & tenore præfatis concedimus,
& indulgemus.

Contraria
tolle.

§.4. Non obstantibus prædictis Clemen-
tis Prædecessoris literis, aliisque Constitu-
tionibus, & ordinationibus Apostolicis,
necnon omnibus, & singulis illis, quæ in
prædictis Pauli Prædecessoris literis concessa
sunt non obstante, ceterisque contrariis
quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscat. die 28. Apri-
lis 1738. Pontificatus Nostri Anno VIII.

Dat. die 28.
Aprilis 1738.
An.VIII.

CCXXXIX.

Condemnatio Societatis, seu Conventicularum vulgo = *de liberi Muratori*, aut *des Francs Massons* = sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendâ, ejus abfolutione, excepto mortis articulo, Summo Pontifici reservata.

CLEMENS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Universis Christianis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Proemium.

In eminenti Apostolatus specula, meritis licet imparibus, divina disponente clementia, constituti juxta creditum nobis pastoralis providentiæ debitum jugi, quantum ex alto conceditur, solitudinis studio iis intendimus, per quæ erroribus, vitisque aditu intercluso. Orthodoxæ Religionis potissimum servetur integritas, atque ab universo Catholico Orbe difficillimis hæcæ temporibus perturbationum pericula propellantur.

Conventicularum, in quibus de in Rubrica a Principibus secularibus interdictæ.

§.1. Sane vel ipso rumore publico nunciante, Nobis innotuit longe, lateque, progredi, atque in dies invalescere nonnullas Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, seu Conventicula, vulgo *de liberi Muratori*, seu *Francs Massons*, aut alia quavis nomenclatura pro idiomatum varietates nuncupata, in quibuscumque Religionis, & Sectæ homines affectata quadam contenti honestatis naturalis specie, arcto æque, ac impervio fœdere secundum leges, & statuta sibi condita invicem confociantur; quæque simul clam operantur, tum districto jurejurando ad Sacra Biblia interposito, tum gravium pœnarum exaggeratione invidiabili silentio obtegere adstringuntur. Verum cum ea sit sceleris natura, ut se ipsum prodant, & clamorem edat sui indicem. Hinc Societates, seu Conventicula prædicta vehementem adeo Fidelium mentibus suspensionem ingererunt, ut iisdem aggregationibus nomen dare apud prudentes, & probos idem omnino sit, ac pravitate, & perversione notam incurere; nisi enim male agerent, tanto nequaquam odio lucem haberent. Qui quidem rumor eo usque percrebuit, ut in plurimis Regionibus memoratæ Societates per sæculi Potestates tanquam Regnorum securitati adversantes proscriptæ, ac provide eliminatæ jam pridem extiterint.

Eandem damnat, prohibetque Pontifex.

§.2. Nos itaque animo evolventes gravissima damna, quæ ut plurimum ex hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis nedum temporalis Reipublicæ tranquillitati, verum etiam spirituali animarum salutis inferuntur, atque idcirco tum Civilibus, tum Canonice minime coherere Sanctionibus, cum divino eloquio doceamur, die noctuque more servi fidelis, & prudentis Dominicæ Familiæ præpositi vigilandum esse, ne hujusmodi hominum genus veluti fures Domum perfodiant; atque

instar Vulpium vineam demoliri nitantur, ne videlicet simplicium corda pervertant, atque innoxios sagittent in occultis, ad latissimam, quæ iniquitatibus impune patrandis inde aperiri posset, viam obstruendam aliisque de justis, ac rationabilibus causis nobis notis; easdem Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, seu Conventicula; *de liberi Muratori*, seu *Francs Massons*, aut alio quocumque nomine appellata; de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine damnanda, & prohibenda esse statuimus, & decrevimus, prout presentis nostræ perpetuo validitæ Constitutione damnamus, & prohibemus.

§.4. Quocirca omnibus, & singulis Christianis Fidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, & præminentia, sive laicis, vel Clericis tam secularibus quam Regularibus, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis districte, & in virtute obediencie præcipimus, ne quis sub quovis pretextu, aut quæsito colore audeat, vel presumat prædictas Societates, *de liberi Muratori*, seu *Francs Massons*, aut alias nuncupatas inire, vel propagare, confovere, ac in suis adibus, seu Dominibus, vel alibi receptare, atque occultare, iis adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocentur; iisdem aliquid ministrare, sive alias consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directe, vel indirecte per se, vel alios quoquo modo præstare, nec non alios hortari, inducere, provocare, aut suadere, ut hujusmodi Societatibus adscribantur, annumerentur, seu intersint, vel ipsas quomodolibet juvent, ac foveant, sed omnino ab iisdem Societatibus, Cœtibus, Conventibus, Collectionibus, Aggregationibus, seu Conventiculis prorsus abstinere se debeant, sub pœna excommunicationis per omnes, ut supra contrascentes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam nisi per nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in articulo mortis constitutus, abfolutionis beneficium valeat obtinere.

Seiis aggregare, dilatare, auxilium quocumque præstare caveat sub pœna excommunicationis.

§.4. Volumus insuper, & mandamus, ut tam Episcopi, & Prælati Superiores, alique locorum Ordinarii, quam hæreticæ pravitate ubique locorum deputati Inquisitores adversus Transgressores cujuscumque sint status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, vel præminentia procedant, & inquirant, eosque tanquam de hæresi vehementer suspectos condignis pœnis puniant, atque coerceant; his enim, & eorum cuilibet contra eosdem Transgressores procedendi, & inquirendi, ac condignis pœnis coercedi, & puniendi, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, brachii

Transgressores puniendi Episcopis, & contra hæreticam pravitatem Inquisitoribus dat potestatem.

Fidem transumptis addit.

Clausula pœnalis.

Dat. die 28. Aprilis 1738. An.VIII.

chii secularis auxilio, liberam facultatem tribuimus, & impartimur.

§.5. Volumus autem, ut eorundem presentium transumptis etiam imprellis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo perionæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis Originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, & interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo Octavo. Quarto Kal. Maii Pontificatus nostri Anno Octavo.

A. Card. Prodaturus.
Vifa de Curia.
N Antonellus.
I. B. Eugenius.

CCXXX.

Confirmatio Decreti Congregationis Particularis a Sanctissimo deputatæ per quod decernitur, quod Procurator Generalis Congregationis Doctrinæ Christianæ Avenionen. in Domo Provinciæ Romanæ residere debeat.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Facti series.

§.1. **E**manavit nuper a Congregatione Particulari nonnullorum Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium a Nobis in causa Congregationis Doctrinæ Christianæ Avenionen. inter dilectos filios Presbyteros seculares Provinciæ Romanæ ex una, & Provinciæ Galliæ dictæ Congregationis ex altera partibus vertente deputata Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

Decretum Congregationis.

§.2. Die 14. Aprilis 1738. Congregatio Particularis a Sanctissimo Domino Nostro deputata EE. & RR. DD. Cardinalium Barberini, Spinulæ, Portiæ, Gentili subrogati in locum cl. me. Card. Orighi, & Guadagni, ac mei infra scripti subrogati in locum R. P. D. Jacchet cum Voto, in causa Congregationis Doctrinæ Christianæ Avenionensis, inter Provinciam Romanam, & Provincias Galliæ, auditis quoque Partibus super Bulla unionis Provinciæ Romanæ Ecclesiæ, & Domus S. Mariæ in Monticelli, fa. me. Benedicti XIII., sub datum anni 1726. quarto Kalendas Martii referiscript, ad Mentem, mens est: Consulendum Sanctissimo, quod ibidem residere debeat Procurator Generalis totius Congregationis Doctrinæ Christianæ Avenionensis, solutis Alimentis. Factaque etiam super hoc, die sequenti, relatione hujus

resolutionis per me infra scriptum eidem Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua supradictæ Congregationis Particularis sententiam in hac quoque parte probavit, ac juxta eam opportunas literas in forma Brevis expediri mandavit Franciscus Episcopus Ostien. Card. Barberinus, Nicolaus Xaverius Archiepiscopus Athenarum Secretarius. Loco * Sigilli.

Confirmatio Pontificia.

§.3. Cum autem, sicut Presbyteri seculares Provinciarum Galliæ Congregationis Doctrinæ Christianæ hujusmodi nobis subinde exponi fecerunt ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & fervetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communi summo perire desideret. Nos ipsorum Exponentium votis, hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, alique ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

Presentium Literarum firmitas.

§.4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit memoratarum Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 2. Maii 1738. An.VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum sub annulo Piscatoris die 2. Maii 1738. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Con-